


1530. ię 21. Septembris.

79

Petrus Tomicius Episcopus Cracoviensis.
Regni Polonia Vicefancellarius
Christophoro de Schidlowiec Castellano
et Capiteo Cracoviensi Regni Polo-
nia fancellario.

Magnifice Domine, Domine et amice
honorandissime. Mirifice sum consolatus,
quod ex Dominio Cerefski Magnificentiam
Vestram rectius jam valere intellexi, quod
ego coram hęc magnificentie Vestra siut
cupiebam amanter prędixeram, sperabam
enim sola mutatione loci magnificentiam
Vestram, molestijs istis animi exutami,
quibus amotis mentis recreationem et
hilaritatem, quibus salus comparatur su-
cisuram confidebam, quod cum factum esse
audiam vehementer confidebam, gaudeo et
Magnificentie Vestre plurimum in modum
gratulor. Quam etiam atque etiam no-
go, ut valetudinem suam illi potissimum
rebus curet, qua ad voluptatem, et obli-
tationem animi serviunt curis et cogitatio-
nibus procul abjectis, namque solos istos
lucris facimus nos Dies, quibus sine mo-
lestia animi, et Deoccupati vivimus. Mitto
Magnificentie Vestre exemplum literarum
Serenissimi Regis Joannis, De designatis
et emissis iam Oratoribus suis, et De salvo

Conducto


Conductu illis dando ad Majestatem Do:
mini nostri scribit. Mitto etiam et maje:
statis regia responsi exemplum, quod ego mo:
destius et continentius confeci, quam vel
res ipsa, vel Majestatis sua indignatio po:
stulabant. Acerbissimo etiam, et offenso ani:
mo istam alteram Regis Joannis postula:
tionem tulit Majestas sua, quae tamen
sub hac rerum inconstantia et turbatione
necessario est prudenti toleranda. Interces:
si cum magna diligentia apud Majestatem
regiam pro Domino Castellano Vilnensi, sed
animadverto magnas illi oppositas esse dif:
ficultates, propterea quod a plerisque
magnis largitionibus pro Palatinatu Tro:
censi certatur. In hoc ego tamen Domi:
num Castellanum quanto majori patero
auxilio adjuvare non desistam, ut quae
virtutis et meritorum ratio habeatur
sedulo admittar, quicquid autem ex pro:
gressu temporis huius fiet, Majestati Ve:
stra Declarare per Dnum Cieski curabo.
Commendo me amori, et benevolentiae fra:
ternae Mgae Vrae, quam felicissimam
esse et in bona valetudine in multa tem:
pora letam et jucundam vehementer
desidero. Datum Cracoviae Die 21. Ibris Anno
Domini 1530.